

D. ANDREAE  
DE BARVLO

IVRISCONS. NEAPOLITANI  
*celeberrimi, & Consiliarij Regij,*

Santelicy.

Commentaria

SVPER TRIBVS POSTREMIS LIBRIS  
Codicis, nunc primum in lucem edita.

*Ex manuscripto bibliothecæ Regentis Fornarij.*

CVM SVM MARIIS, ET INDICE RVBRICARVM,  
rerumque omnium locupletissimo.

CVM PRIVILEGIIS. 3-1



VENETIIS, MDCL.

Apud Sessas.



AD MODVM  
REVER. PATRIBVS  
COLLEGII NEAPOLITANI  
SOCIETATIS IESV

Aloysius Sessa      S. D.

**V**OD egregio cuique pictori vſu venit, vt in interiore adium parte, ab omni seclusus hominum consuetudine, & aspectu, tandem ad inchoatum opus perficiendum incumbat, atque incubet, donec extrema, vt dicitur, accedat manus: perfectumque illud ingenio, elaboratum industria ipſe prior laudet, atque admiretur; populo deinde spectandum, probandumque exponat: Id FERDINANDO FORNARIO Regenti, & Regiae Summarie in Regno Neapolitano locumtenenti, prorsus videtur contigisse. Cum enim eximiam bibliothecam instruere in annum induxisset; in lectissimorum scriptorum libris vndique conquirendis, quovis precio comparandis, aut etiam transcribendis diu, multumque laborauerat: Jamque etiam autoritate, quam non solum in isto Regno, sed & in uniuersa Hispania plurimam habebat, effecerat, ut praeter ceterarum artium, ac scientiarum, nullus, aut paucissimi iuris, ac legum intrepres, aut scriptores in ea desiderarentur. Matura tandem etate, & ingruente



# COMMENTARIUM SEV LECTVRA

In Decimum Librum Codicis :

*Auctore Andrea de Barulo Neapolitano,  
Iuris. celeberrimo, Regioq; consiliario.*

Rubr. De Iure Fisci.

S V M M A R I V M.

- 1 **I**n collectus huius legis triplex elicetur, sed tertius planior nu. 2.
- 3 **D**onatio qualiter olim & nunc perfecta dicebatur, & in hac lege dicitur, cum traditio interuenit.
- 4 **F**iscus aliquando utitur iure communi, non semper speciali, nec semper priuilegiatus est.
- 5 **L**egis nulla prouisio trahitur retro.
- 6 **N**emini imputatur, si non diuinavit.
- 7 **F**actum legitime ex superueniente causa non retractatur.

**L.** Si priusquam. Lex ista tribus modis potest intelligi; duobus modis, q; Fiscus agat contra donatarium, & tunc litera habebit unam oppositionem, quæ notatur in glo. Tertio, vt Fiscus agat contra donantem, & litera stabit magis proprie, reiecta alia opinione, vt in gl. Dic ergo, quod Titius donauit mihi prædium suum, & tradidit, & sic donatio extitit traditione perfecta, postmodum bona sua fuerunt obligata Fisco, tacite ex contractu, vel quasi, tunc procurator Fisci vult reuocare à me per hypothecariam illud prædium, dicitur quod non potest, si probatum fuerit, donationem, & traditionem precessisse contractum Fisci, quia non videtur Fisco facta fraus.

A

Secundò

**V E N E T I I S, M D C I.**

---

**Apud Seffas.**

